Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



RVTH.

tata est mihi casui sic contristabit
me sua desolatione et auferet me ex
ultatio multitudinis eius. et gau
dium meum erit in luctum. Ignis
enim suscitabitur in furore meo et ardebit
usque ad inferos deorsum. devorabit
terram cum frugibus suis. et incendet
fundamenta montium.

Capitulum. v.

Induere et sume tibi decorem
glorie dei in perpetuum. Induere
stola iucunditatis eterni dei. Quia
ostendet deus splendorem tuum omni
sub celo. Vocabitur enim tibi nomen
eternum. Pax iustitie et gloria pietatis deo
nostro. Exurge iherusalem et sta in excelso. et circumspice
ad orientem. et colligite filios tuos ab oriente usque ad occi
dentem. in verbo sancti gaudentes deo
memoria. Exierunt enim abiecti a te pedibus
hostium. adducti sunt illos dominus ad te portatos in
honore sicut filios regni. Constituit enim dominus humiliare omne
montem excelsum. et rupes
perpetuas. et convalles replere ut sit
aequum solum. ut ambulet israel diligenter
in gloria dei. obumbrabunt autem et silue
et omne lignum suaveolentem israel
ex mandato dei. Adducet enim deus israel
cum iucunditate in lumine maiestatis suae. cum misericordia et iustitia quae est
a deo.

Incipit exemplum epistole eiusdem. cum
mittit iemias ad abductos captivos
in babylonem a rege babylonorum
ut annuntiaret. vel secundum quod
preceptum est illi a deo.

Propter peccata quae peccastis ante dominum abducemini
in babylonem captivi a nabuchodonosor rege babylonis. Ingressi itaque in babylonem eritis
illic annis plurimis et per longos usque ad generationes septem. Post
hoc autem educam vos inde cum
pace. Nunc autem videbitis deos
aureos. et argenteos. et lapideos. et ligneos in humeris portari. ostentan
tes metum gentibus. Videte ergo
ne et vos similes efficiamini filiis
alienis. et timeatis. et metus vos
capiat in eis. Visa itaque turba
de retro. et ante adorantes. dicite
in cordibus vestris. te oportet adorari do
mine. Angelus autem meus vobi
cum est. ipse autem exquirit animas
vestras. Nam lingua ipsorum polita
a fabro. ipsa etiam inaurata et in
argentata falsa sunt. et non possunt
loqui. et sicut virginem amanti or
namenta. ita accepto auro fabricata
sunt. Coronas circa habent aureas. su
per capita sua dii illorum. Unde sunt
habent sacerdotes abscondere aurum. et ar
gentum. et erogant illud in semetipsos.
Dant autem ex eo prostitutis. et me
retrices ornant. et cum ei receperint
illud a meretricibus ornant deos suos.
Hii autem non iudicantur abscondere
a tinea. Opus autem illius vestite
purpura. exigent faciem illorum apte
pulvere domus. qui est plurimus
inter eos. Sceptrum autem ipsi ut ho
sicut iudex regionis. qui ipse per